



Illvstrivm Scriptorvm Religionis Societatis Iesv Catalogvs

Ribadeneyra, Pedro de

Antverpiæ, M. DC. VIII.


Centvria Religiosorvm Societatis Iesv, Qvi Hactenvs Ab Ethnicis,
Mahvmetanis, Hæreticis, Aliisq. Impiis, Pro Catholica Fide Ac Pietate
Interempti Svnt.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68452](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68452)

, &
Deo
eius-
San-
gra-

CENTVRIA
RELIGIOSORVM
SOCIETATIS IESV,

QVI HACTENVS
AB ETHNICIS, MAHVMETANIS,
HÆRETICIS, ALIISQ. IMPIIS,
PRO CATHOLICA FIDE
AC PIETATE
INTEREMPTI SVNT.



CENTVRIA
RELIGIOSORVM
SOCIETATIS IESV,

*Qui hactenus ab Ethnicis, Mahumetanis,
hæreticis, aliisque impiis, pro Catholica
fide ac pietate interempti sunt.*

I.



ATER ANTONIVS CRIMINA-
LIS Parmensis in Menancor Pro-
vincia Indiæ Orientalis, cùm pro ^{1549.}
Christianis neophytis, quos è pe-
riculo eripere studebat, morti se
offerret, à Badagis Ethnicis tribus ^{ceteratis} 10.

hastis confossum, & capite truncatus est. Eam morte
excepit in genua procumbens, quod ille quadragies
ferme quotidie cum iaculatoriis precibus factita-
bat. *Ribad. lib. 111. vit. B. IGNAT. Maff. hist. Ind.
lib. XIV. Tursel. vit. B. Xau. lib. IV. c. IV.*

II. ALPHONSVS MENDEZ, eodem loco à bar-
baris pro fide CHRISTI capite truncatus est. *Ribad.
lib. 111. vitæ B. IGNATII, cap. xix. Thomas Bosius
De signis Ecclesiæ lib. VII. signo XXVII.*

III. NVNNIVS REBERVS, eodem anno xv. Au-
gusti. *Rutilius Benzonius Episcopus Lauretanus
lib. 1. de Jubileo cap. IX.*

IV. PETRVS CORREA, Lusitanus, vir nobilis,
M 5 quinto

1554. quinto anno initæ Societatis, cùm Brasiliensium
Soc. 15. conuersioni, quibus Christiani nominis amplifi-
candi studio magna antè damna terrâ mariquæ in-
tulerat, daret operam; proditus ab interprete, cui
concubinam detraxerat, à Catigis barbaris sagittis
confectus est, cùm flexo genu oraret, baculumque
quem forte manu gestabat, abieciisset. *Ribad. lib. IV.*
vita IGNATII cap. XI. Maff. lib. 16. Hist. Ind.
1554. V. IOANNES SOSA, Cocus, Correa Comes, ab
ollâ & culinâ ad martyrij coronam vocatus, ante
eum ab hisdem hostibus confixus, flexis item geni-
bus precibus insistens, occubuit. *Fidem ibid.*
1554. VI. VII. Dvo Sacerdotes, quorum nomi-
na ignota sunt. *Rutilius Benzonius lib. I. Iubil. c. 9.*
- VIII. P. PAVLVS DE VALLE, quem multa
virtutis hominē appellare solebat B. Franciscus Xa-
uerius, multis in Comorino exantlatis laboribus ca-
ptus ab Ethnicis, mensem ipsum in carcere iacuit
cippo coercitus, cùm interea præter modicum ori-
zæ aridæ & aquam gustaret nihil. Inter has ærum-
nas, plenus laboribus & præclarè factis, vitam im-
mortalem cum hac misera commutauit. *Antonius*
Quadros in litteris datis VI. Decemb. anni M. D. LV.
habentur inter Italicas Venetiis excusas.
1555. IX. EMMANUEL FERNANDEZ, cùm primus è
Soc. 16. Societate in agro Lusitanie Transtagano Diuini ver-
18. Feb. bi semen spargit, publicæque peccatorum licentia
euellendæ maximè intentus, pellices amicasque ab
amatoribus impudicisque hominibus multas abi-
git, id iniquo animo ferentibus, ab eorum vno, cu-
ius nomen numquam promere voluit, in itinere
vulneribus multis affectus, Eboreæ defunctus est.
Francisc. Bencius in annuis Coll. Eborensis in Lusi-
tania

tania anni M. D. LXXXIX. quo eius corpus ad Collegi templum ex aede maximâ translatum est.

x. xi. Duo è Societate Laici, quorum nomina interciderunt, in Brasilia, pro CHRISTO occisi sunt. *Rutilius Benzonius lib. I. Iubil. cap. ix.*

* Alius item in Orientali India cùm Gentilibus doctrinam Christianam traderet, à barbaris trucidatus esse narratur ab Antonio Quadros in litteris Venetiis Italice editis.

XII. ANTONIUS FERNANDEZ.	1556.
XIII. IOANNES DE BEIERA.	<i>Societ.</i>
XIV. MELCHIOR GONZALEZ.	<i>funda-</i> <i>ta 17.</i>

XV. P. ALPHONSVS A CASTRO, Lusitanus, 1558.

cùm multum laboris in conuertendis barbaris in India Orientali posuisset, atque vndeclim ipsos annos sociis in Moluccis præfuisset, anno M. D. LIX. in Maurorum incidit manus. Ab iis detractis vestibus, ac fune constrictus, per quinque dies raptatus est: deinde viridi trunco, cui collum eius, ceu iugo inseruerant, oppressus: demùm multis confectus vulneribus, in mare deturbatus. Tertio post die mortui corpus in littore inuentum est, multo lumine circumfusum, vulneribus recentibus, puroque sanguine manantibus. Sicarij, eorumque propinqui, paucis diebus partim tormetorum globis, partim igne, quem S. Antonij vocant, periēre. *Ribad. De vita Lainis lib. II. cap. I. Thom. Bosius lib. V. signo XI.*

XVI. CONSALVVS SILVERIA, Lusitanus, gene-	1561.
ris claritate imprimis conspicuus, Regem Mano-	<i>Societ.</i>
mota pè baptisino, cum marre & trecentis proceri-	22. 15.
bus, lustrauit, permotū adspectū DEIPARÆ, quam	<i>Martij.</i>
secundūm quietem quinque noctibus viderat qui-	
dem,	

dem, sed, quod Christianus non esset, eius sermonem non intellexerat. Verum ab eodem deinde Rege, medaciis Minguamis Mahometani aristitis aliorumq; trium oneratus, mori iussus est. Cedem suam edictus diuinitus & praedixit amicis, & ad eam abundantissimis se precibus comparauit. Demum à Moncruce barbato strangulatus, & in Mosengessem preterfluentem projectus est, cum eodem die quinquaginta fecisset Christianos, qui & ipsi iussu Regis necati sunt. *Maff. Epist. lib. 11. Iacobus Payua Andradius lib. 1. Orthod. expt. Surius anno M. D. XL.*

1564. **xvii.** P. PETRVS VENUSTVS, Bibone in Si-
Soc. 25. cilia Rector, à Clerico, quem tum aliis beneficiis
18. Oct. affecerat, tum frequenter aberrantem extra virtutis semitam monuerat, occisus est. Cum enim ab Episcopi Vicario coniectus fuisset in carcerem, ratus, id Rectoris suasu factum esse, eum ex agro reuertentem domum, precumque pensum persoluentem, tribus in capite vulneribus confecit. Inuentus à prætereuntibus moribundus sanctum IESV nomen inuocans, nomen percussoris numquam edere voluit. Paucis antè diebus sociis dixerat, se optare, Ioannem Baptistam & Paulum mortis genere imitari. *Ribad. de vita Iacobi Lainis. lib. IIII. c. 12.*

1566. **xviii.** P. PETRVS MARTINES, ex agro Turolio,
Soc. 27. regni Aragonij, à P. Fráncisco Borgia, PHILIPPI RE-
14. Sep. gis Catholici rogatu, in Occidentis Indiam missus, in Floridam Insulam nauigauit. Vbi, terram simul attigit, ut Dei verbum Euangeliūque prædicaret, pro eo, quod pridem optarāt, interiit, ictus caput perticā ab incolis. Mox semiuius in mare projectus est. *A. Schottus lib. III. vita Francisci Bor-
gia, cap. VI.*

IN

IN FLORIDA Insula à Ludouico Cacicha, id est, viro Principe eius insulę, qui Baptisimum in Hispaniā simulatè suscepérat, seque Patribus ducem obtulerat, per insidias circumuenti atque obtruncati sunt de Societate;

xix. P. IOANNES BAPTISTA SEGVRAS Tole- 1568.
tanus, ceteris à P. Franc. Borgia præfetus, morum ^{Soc. 29.}
probitate ei mirè gratiosus. ^{3. Feb.}

xx. P. LVDOVICVS QVIROS.

xxi. GABRIEL GOMEZ.

xxii. PETRVS LINARES.

xxiii. SANCTIVS SAVALLIUS.

xxiv. IOANNES BAPTISTA MENDEZ.

xxv. CHRISTOPHORYS ROTVNDVS.

xxvi. GABRIEL DE SOLIZ. *Schottus cap. vi.*

lib. III. vitæ P. Borg.

Ex horum interfectoribus tres, cùm eorum articulas scrutarentur, atque inuentam crucifixi imaginem curiosius intuerentur, exanimes ceciderunt, humo afflicti, & mortui. *Ibid.*

xxvii. P. FRANCISCVS LOPEZ, quem Lupium 1568.
vocauit Masseius, in Indiâ Orientali cùm è nauim
puluere tormentario fortè inflammata se dimisisset
in mare, à piratis Mauris captus, & è raso vertice
Sacerdos agnitus, sollicitatus ad fidei defectionem,
& Mahumetis cultum, quòd se potius quodvis sup-
plicij genus subiturum respondisset, confossis lan-
cēa illis, martyrium sanguine consummavit. *Maf-
feius lib. IV. epist. Schottus lib. III. cap. VI. Vitæ
P. Borgiae.*

* Duos Francisci socios ab iisdem Mauris telis
transuerberatos memorat Ribadineira. *Lib. II. Vi-
tæ B. IGNATII, cap. 19.*

Triginta

1570.
à fun-
data So-
ciet. 31.
15. Jul.

Triginta nouem de Societate in Oceano apud
Palmam vnam è Fortunatis, cùm in Brasiliam fidei
nostræ propagandæ causa proficiscerentur, à Iacobo
Soria Caluinisticæ hæreseos piratâ imperfecti ita cla-
mante: Interfice, interfice, quoniam ad praua dog-
mata disseminanda Brasiliam petunt.

xxviii. P. IGNATIUS AZEBEDVS, Lusitanus,
Prouincialis Præpositus, vt genere ita & pietate il-
lustris, dum suos hortatur, additque animos, filio
capite, tribus lanceis confossus, in mare præcipita-
tus est, cùm DEIPARÆ imaginem frustrâ eripere
nitentibus hæreticis manu teneret, mortales Ange-
losque testatus, se pro Romanæ Ecclesiæ defenho-
ne mori.

xxix. BENEDICTVS CASTRIVS, CHRISTI cru-
cifixi imaginem complexus, tribus primùm glandi-
bus ictus, deinde ferro punctim cæsimque confos-
sus, demùm in mare deturbatus est.

xxx. EMANUEL ALVARVS, primùm in facie
vulneratus, deinde tabulato affixus, confractis cru-
ribus, ossibus collisis, in fluctus præceps datus est.

xxxi. BLASIVS RIBERA, cui caput capulis gla-
diorum elisum, cerebrumque effusum est.

xxxii. PETRVS FONSECA, cui os pugione con-
fossum, & maxilla soluta est.

xxxiii. P. DIDACVS ANDRADA, qui aures
dabat confitentibus, cùm pugionibus confossus ia-
ceretur in pelagus, Fundamus, inquit, pro CHRISTO
sanguinem, qui pro nobis fudit suum.

xxxiv. GREGORIVS SCRIBANVS, &

xxxv. ALVARVS MENDEZ, ægri, cùm la-
tere possent, seminudi lecto exslientes, vltrò obla-
tis iugulis occubuerunt.

xxxvi.

apud
fidei
cobo
a cla-
dog-
anus,
te il-
, fillo
pita-
ipete
nge-
nlio-
cru-
ndi-
nfos-
facie
cru-
est.
gla-
con-
ures
s ia-
ISTO
la-
bla-
VI.

xxxvi. SIMON ACOSTA se Societatis IESV
vltrò professus, cùm pro tali non agnosceretur, iu-
gulatus in mare projectus est.

Qui sequuntur, præter aliquos Sacerdotes, qui-
bus verticem hostes abrasere, plerique omnes ado-
lescentes bini aut terni ordine deinceps producti,
talaribus tunicis exuti, adacto bis térvé singulis in
viscera pugione confossi, quidam etiam manibus
brachiisque truncati, in mare præcipites dati sunt.

xxxvii. FRANCISCVS ALVARVS COVILLIVS.

xxxviii. DOMINICVS FERDINANDES.

xxxix. ALPHONSVS VAENA Toletanus.

xl. GONZALVS HENRICVS Diaconus.

xli. IOANNES FERDINANDVS Bracarensis.

xlii. IOANNES FERDINANDVS Olyssiponensis.

xliii. IOANNES MAYORGA Aragonius.

xliv. ALEXIUS DELGADVS.

xlv. LUDOVICVS CORREA Eborenensis.

xlvi. EMMANVEL RODERICVS Alcorchetius.

xlvii. SIMON LOPEZ.

xlviii. EMMAMVEL FERDINANDES.

xlxi. PETRVS MVNNOS.

lx. FRANCISCVS MAGALVNIVS.

lxii. NICOLAVS DINYVS Brigantinus.

lxiii. GASPAR ALVARVS.

lxiv. ANTONIVS FERDINANDVS Montis
maioris.

lxv. EMMANVEL PACIECVS.

lxvi. PETRVS PONTAVREVS.

lxvii. ANDREAS GONSALVVS Vianius.

lxviii. AMATVS VASQVIVS.

lxix. DIDACVS PEREZ Misceus.

lx. IOANNES BAEZA.

LX. MAR-

LX. MARCVS CALDERA.

LXI. ANTONIVS CORREA Portuenis.

LXII. FERDINANDVS SANCHEZ Castellanus.

LXIII. FRANCISCVS PEREZ GODOI Torrichius.

LXIV. IOANNES ZAVREVS Toletanus.

LXV. IOANNES S. MARTINI Illescanus.

LXVI. STEPHANVS ZVRAIRE Cantaber, qui antequam iter ingredieretur, prædixit, à Deo se certiorem factum, martyrium sese manere. *Maffeius in append. epistolarum, epist. I. quæ est Petri Diazai ad Leonem Henricum. Schott. lib. II. cap. x. Vite Borg.*

* ANTONIVS SVAREZ ab Andrea Schotto ibid. ponitur quadragesimus, & Franciscus Bencius hos Martyres quadraginta fuisse refert, lib. VI. quinque *Martyrum.*

* Neque prætereundus adolescens, qui cum his religiosis interfactus est, vulgo SANCTVS IOANNES appellatus, qui Societatis cædidatus vehementer in eam adscribi optabat, ideoque à P. IGNATII Azebedi latere non discedebat. *Schottus ibidem.*

1571. DODECIM MARTYRES, qui in eodem itinere

Soc. 32. 13. Sep. Brasiliensi à Ioanne Cadouillio Gallo Caluiniano

pro CHRISTI religione, quam disseminatū ibant in Brasiliam, interempti sunt:

LXVII. P. FRANC'SCVS CASTRIVS, quod contentem nauarchum audiret, certatim ab omnibus, vulneribus punctim cæsimq; petitus, occubuit.

LXVIII. P. PETRVS DIAZ Sacerdos, cùm idem munus obiret, iugulatus est.

LXIX. GASPAR GOEZIVS, adolescens, qui Diazij lateri hærebat, item iugulatus est.

LXX. MICHAEL ARAGONIVS accepto secundum

dùm brachium vulnerè in altum deturbatus est.

LXXI. FRANCISCVS PAVLVS cum superiore
submersus est.

LXXII. IOANNES ALVARVS &c.

LXXIII. PETRVS FERDINANDVS fabet lignā-^{codem}
rius, qui pridie cùm colaphis cæderetur, palpebris-^{12. Sep.}
que distensis, paxilli mēto subiicerentur. Quo meo,
aiebat, merito mihi tribuis, ut pro te patiar, Domi-
ne? Hi duo post multas iniurias projecti in altum
præcipites, illic mersi sunt.

QVINQUE, qñi sequuntur, pessimè totam dor-
stem, habiti cùm in pelagus iacti essent, vnum in
locum congregati, vale sibi dicentes, ac veniam in-
ter se delictorum petentes, recitato Symbole tam
diu, præeunte in verba Alphonso, tum alia, tum il-
lam orationem, Tibi soli peccavi, iterarunt, donec
fluctibus haurientur.

LXXIV. ALPHONSVS FERDINANDVS Philosophie in Brasilia Professor designatus.

LXXV. ANDREAS PAIS.

LXXVI. PETRVS DIAZ alter.

LXXVII. FERDINANDVS ALVARVS.

LXXVIII. DIDACVS GONDISALVVS. Maff.
append. Epist. II. qua est Leonis Henrici ad Socias, Rot-
man. Schott. lib. II. cap. XI. vita Borg.

LXXIX. P. MARTINVS GUTTERVS Hispanus,
multis à Deo visionibus illustrari solitus, sed ea
maxime, cùm ei per Galliam iter haberet, & ante
B. VIRGINIS sacellū equitanti diuino lumine osten-
sum est, cum intra octo dies moriturum: quod euc-
nit, cùm ille paulò post ab hereticis captus esset,
inter quorum manus in summis rerum omnium
incommodis breui decessit Cardiaci. Hieronym.

N

Platus

1573.
Soc. 34.
28. Feb.

Platus lib. i. De bono status Relig. cap. xxxiv.

LXXX. P. GEORGIVS FERNANDES &

1581. à LXXXI. P. GOMESIVS DAMARALIVS apud fundata So- Malucum, cùm in portu confessiones audirent, & ciet. 42. Tais Christianorun hostibus interfecti sunt. Ioan. eodem Anr. Valtrinus in annis Indiae Orientalis.

I. De- LXXXII. P. EDMUNDVS CAMPIANVS Lon- oemb. diniensis, vir eruditus, qui complures annos summi scuolae laude, tum Vieniae, tum Pragæ, Latinos de rebus diuinis sermones habuerat, missus est tandem in Angliam, ubi diu docendo scribendoque rem Catholicam induit. Verum à Georgio Elioto exdis nuper perpetratae reo proditus, dici nō potest, quām frequentibus diuturnis que vexatus sit tormentis. Inter quæ non modò nihil Catholicò Sacerdote indignum in se admissit, sed ita tranquillo fuit accundo animo, ut etiam iocari liberet. Cum luxator conuulsoque atris commouere non posset, festinatum humi elephantum, eum primum manibus pñem complecti poterat; se simiam vocabat. Nimirum ad eos cruciatus non aliter se, quām fusis humili genibus, intentaque supplicatione, muniens, neque dolorem aliud, quām ingeminatum Iesu nomen, leniebat. Non minori felicitate aduersariis, & in his Witakero, disputando, quām lictoribus patiendo vixis, perduellionis falsè accusatus, iniuria damnatur: & quāmuis crimen ita diluisse, vulgo illud negarent in CAMPIANVM cadere posse, tamen auditâ sententiâ, dictis Deo gratiis, Te Deum laudamus, canere institit. Per eom pita trahâ raptus cùm esset, in ipso supplicij loco, de illo S. Pauli, Spectaculum facti sumus Deo, &c. dicere ingressum hostes silere iussérunt. Ibi votis pro Reginæ factis,

factis, se non pro intentatis sibi criminibus, sed pro Catholicæ fidei veritate mori testatus, laqueo Martyrij palmam adeptus est. Mortui caput à corpore ablatum, corpus distractum, nomen immortalitati consecratum est. *Concertatio Eccl. Cathol. in Anglia, de Campiani Martyrio.*

LXXXIII. P. THOMAS COTHAMVS Anglus, 1582. valetudinis causâ profectus in patriam, Dorober- Societ. niæ mense Junio anni M. D. LXXX. comprehensus 43. 30. est ab hæreticis, & quod intimas animi sui noxas Maij. illis aperire nollet, variè tortus. Eâ tamen erat in hostes suos caritate, ut lictorem aliquando arcte complexus optimis ad æternam salutem præceptis imbueret. Demùm cùm Reginam caput Ecclesiæ Anglicanæ negaret esse; omnibus se condonare professus, vicissimque obiectatus, ut sibi, si quem offendisset, ignosceretur, libens collum laqueo obtulit. Ibi cùm detractis vestibus animaduersum esset, illum appressum ad corpus cilicium ferre; nimis admirationi fuit tantus pro CHRISTO patiendi ardor, qui ad perpetuas trium annorum careeris molestias, quotidianosque propè cruciatus, voluntarias etiam corpusculi iniurias adiunxit. *Ibid.*
& Ribad. in vita Lainis.

LXXXIV. P. IACOBVS BOSGRAVIVS cum duobus proximis passus. *Ibid.*

* Meritò his accensendus esset ALEXANDER BRIANTVS Sacerdos, qui ante suum martyrium datus ad Patres Societatis litteris, votis editis, se sua- que eis obtulit. *Concertatio Anglicæ, in eius martyrio.*

QVINQUE MARTYRES, qui in Salsetana regio- 1583. ne Indiae, pago Coculino, ab incolis Ethnicis in- Soc. 44. censis 15. Jul.

censis irâ, quod templa Deorum suorum diruta & idola ludibrio habita esse à Christianis viderent, dum de areâ ædificandi CHRISTO templi delibera-
rant, hortatu cuiusdam arioli occisi sunt.

LXXXV. P. RUDOLPHVS AQUAVIVA Ioannis Hieronymi Ducis Hadrianorum filius, duorum Cardinalium Iulij & Octauij germanus, R. P. Generalis Soc. Iesu; Ctevdi ex fratre nepos, annos natus tres & triconta; quorunt diuidiam partem in Societate exegerat. Tres annos apud Regem Mogorum in magna vitæ asperitate vixerat, tantoque precandi studio, ut sèpè, cum se primis tenebris coniecisset in preces, manè in codem vestigiorum periretur. quo tempore tot ei affluebant solatia cœlestesque deliciæ, ut tum demum se diceret ex animi viuere sententia. Tanta erat apud omnes sanctitatis opinione, ut vulgo Angelus votaretur. Denique verò in Salsitanum agrum Rector designatus cum venisset, una cum suis comitibus deprehensus à Barbaris, mori maluit, quam equum, qui expeditus ei à suo interprete offerebatur ad fugam, admittere. Ibi succisis ab hoste poplitibus, primum proculuit in genua, deinde diducta suis manibus teste, duas pligas ceruicibus accepit; ad quas accessit quarta, quæ humetum à reliquo corpore pœnè discerpsit, & ad extremum iaculi vulnus in pectore.

LXXXVI. FRANCISCVS ARANEA Gasparis Goënsis Archiepiscopi nepos, laicus, annos duodecimpta natus, decennium in Societate vixerat. Is post Rudolphum accepto in ceruicibus vulnere, lateraque hastili transfixus, in vepres se abdiderat; confectis verò iam ceteris, à muliere pastoritâ indicatus, ubi vniuersâ multitudine circum idolum rapta-

rapratus est. Sed cùm illi supplicare recusaret, innumerabili telorum copiâ confixus est, tanto furore omnium, vt pueri etiam ac puellæ arundines & veruta eius sanguine madefacta, vñâ cum reliquo occisorum cruento, suis idolis consecrarent, ipsaque illo inungerent.

LXXXVII. P. PETRVS BERNÀ Italus è Gallia Cisalpina trigesimum agebat annum, è quibus sex in Societate confecerat. Is auctor fuerat vt aliquot fana in Salseta diruerebant, & vaccam quamdam, quæ pro Numine colebatur à Barbaris, interficerat, & vas, in quo se ad idoli honorem abluebant, eius intestinis conspurcārat. Quare ab iis vulneratus in occipitio, traecto etiam oculo, & aure grauiter sauciata, occisus est; atque insuper in mortui membra sœvitum.

LXXXVIII. P. ALPHONSVS PACIECVS Hispanus, Rudolpho aitate & genere propè aqualis fuit: cui cùm Barbari lanceam adegissent in petus, extensis in crucis figuram manibus, oculisq; sublatis in cælum, alteri vulneri sese obtulit; quod cùm iugulo accepisset, exanimis concidit.

LXXXIX. P. ANTONIVS FRANCISCVS Lusitanus annum trigesimum, fueratque in Societate duodecim, quando cum reliquis tum in capite, tum in reliquo corpore vulneratus à Barbaris, Martyrum cruciatus expertus est: quod vt CHRISTI causâ liceret, ab ipso, cùm sacrificaret, enixè quotidie contendebat. Nicolaus Orlandinus in annuis Indiae Orient. Ex litteris P. Alexandri Valignani Provincialis Propositi, & aliorum. Thomas Bozius libro V II. signo XXVI I. Franciscus Bencius in v. Martyribus.

1593. **xc.** P. IACOBVS SALESIVS Aruernus, trigesimum septimum agebat annum ætatis, initæ vero Soc. 14. 3. Feb. Societatis vicesimum, vir non modò Latinis, Græcis, Hebraicis, Chaldaicis, sed Philosophiâ etiam & Theologiâ egregiè instructus. Eximia erat in sacram Eucharistiam pietate, & martyrij cupiditate; quā incensus datis Romam litteris Indicam protectionem expetierat. Sed ei, quam quærebat, palma in ipsâ Galliâ obtigit, Albenaco, ubi per Aduentus Dominici tempus verba summi cum laude fecerat, à Chiambando Caluiniano per proditionem occupato. Igitur datus cum socio Guilielmo Salthamochio præda tribus ministris Caluinianis, cùm illi disputatione, quæ fortè ob iuscum è carne, quod Sabbato oblatum Salesius reiecerat, nata erat, succumberent, ab uno eorum commota multitudo illos ad cædem postulauit. Ibi Salesius suis hostibus veniam orans, primùm sclopo secundūm humerum appetitur, ac deinde IESVM ingeminans, ferro confoditur.

xci. GUILIELMVS SALTHAMOCHIVS patriâ item Aruernus, opificio sutor, annos octo & viginti natus, è quibus duodecim Societati dederat, morientem complexus Salesium, obtestatusque, ne se Martyrij expertem desereret, ab iisdem, pugionibus confixus, brachiis ad pectus in crucis modum conformatis, extinctus est. *Horatius Tur sellinus in annuis Prouinc. Lugdun.*

^a 8. Feb. **xcii.** ^a HENRICVS WALPOLVS martyrio funbus est in Anglia.
^b 1594. ^b CONSALVVS DE TOPIA in Mexico.
Societ. ^c 12. ^c IOANNES CORNELIUS in Anglia.
July. ^d BENZONIUS lib. 1. Jubil. cap. ix.

xcv.

xcv. P. ROBERTVS SOTVELLV^s in Anglia. d 1595.
Benzonius ibidem. Societ.

xcvi. P. ABRAHAMVS GEORGIVS Maroni- 56. 3.
ta, in aditu regni Abassinorum in Aethiopia captus
à Turcis, cùm Mahumetem detestatus se Christia-
num esse profiteretur, eamque regionem esse in-
gressum, ut, quotquot posset, ad Christum addu-
ceret, iussu Praefecti in oppido Delec insulę Mazuę
obtruncatus est. Nicolans Pimenta in litteris Indi-
cis anni M. D. XCIX.

* P. MARTINVS LATERN^A Serenissimorum
Poloniæ regum STEPHANI & SIGISMUNDI III.
Cōcionator Latinus à Suecis pro religione Catho-
lica in mare Balticum sparsus est. Ex litteris Po-
lonicus.

xcvii. IACOBVS GHISAI Iaponius, Societatis 1597.
Tres v Coadiutor. à fun-

xcviii. PAULVS Michi Iaponius, ætatis ter-
tiūm & trigesimum; initæ Societatis undecimum
agens annum, Concionator inter suos singularis,
et si laicus.

xcix. IOANNES GOTO annorum nouemdecim
adolescens, nuper in Societatem acceptus.

Hi tres cum tribus & viginti aliis iussu Tai-
cosimæ Iaponiorum tyranni, post diuturnum car-
cerem, sinistramque aurem præcisam, acti sunt in
crucem; ac postremum transuersis lanceis confixi.
Inter eos sex erant Patres è S. FRANCISCI familia.
Ex litteris Iaponicis P. Ludonici Frois anni M.D.XCVI.

c. EMMANUEL NIGER qui Collegij Glaudio- 1603. à
politani sacrario & valerudinario præterat, cùm eam funda-
rbem Moyses Zangkl Caluinianus Turcicis ar-
mis occupasset, atque hanc nacti occasionem, fu-

ta Soc.

64.

riosi Ariani à Magistris impietatis suæ incitati in templum Societatis IESV impetum facerent, & horrendas contumelias rebus sacræ inferrerent, unusque præter ceteros impius aurifex sanctissimum Eucharistia Sacramentum pedibus conculcaret; verbis in eos inuectus, securi primū in capite sauciatus est, deinde sclopeto traiectus pro fide Catholica occubuit. *Ex litteris P. Argentea Superioris eius loci.*

S. CYPRIANVS MARTYR
EPIS T. IX.

QVIBVS vos laudibus prædicem fortissimi fratres? robur pectoris vestri, & perseveratiam fidei quo præconio vocis exornem? Tolerastis usque ad consummationem gloriæ durissimam quæstionem, nec cessistis suppliciis, sed vobis supplicia cesserunt. Finem dolorum quem tormenta non dabant, coronæ dederunt.

AD REVERENDISS. PATREM
CLAVDIVM AQUAVIVAM
SOCIETATIS IESV
Præpositum Generalem V.

QUOD Pater à vina deriuas nobile lymphæ,
Non sine diuino numine nomen habes.
En tibi nam letis arrideret honoribus hortus
Quem colis, ut viuam te bibat uber aquam:

N

Ne calor exurat sata lata, sed ubere semper
 Prouentu Dominum, qui rigat illa, beent.
 Hinc quories placido tua sibilat unda susurro,
 Induit in florem se noua planta suum.
 Et numquam moriens languescit in arbore ramus,
 Dum trahit à viuis nomina cultor aquis.

G. V. W. S. I.

C H R I S T V S
AD PP. SOCIETATIS IESV
V T I N D O S A D E A N T.

MACTE animis, ô LOIOLÆ generosa propago,
 Digna meas Aquilæ & mea Castra sequi.
 Utar pectoribus, fortissima Pectora, vestris,
 GASPERE siue tuis, siue XAVERE tuis.
 Vos Circae manent, & mille pericula lethi,
 Mille pericula solo, mille pericula salo.
 Sed DVRATE animum: Romani pectoris olim
 Nunc IESV Socij est, FORTIA multa pati.
 Ergo agite Eōi vada cerula verrite Ponti,
 Romulea numquam sollicitata rate.
 Frangite & Hesperias remis andacibus undas,
 Tensaque marmoribus credite lina nouis.
 Ite ad odoratos, positosque sub ignibus Indos;
 Tithoni roseos ite videre lares:
 Vos vocat en toto cantata Zipangria mundo,
 Clausaque sanguineâ barbarâ China scra:
 Ite boni, geminamque Ianam, viridesque Moluccas,
 Austriadum Cycladas ite videre nouas:

N. 5

Auri-



Auriferumque Peru, celo licet incubet ardens
 Sirius, & Guinea visite regna noua.
Currite, currite, quaqua iter est, Boreā per & Austrā,
 Et per flamminuomi Solis utramque domum.
Et Morinos alios, & Thulas querite: nam sunt
 Mille super Thulae, mille super Morini.
 Sed petitis de tot quānam mibi præmia terris,
 Quas ferri gat as, quæ mihi sceptra velim?
 Parcite; nil horum: nec regia sceptra, nec aurum,
 Nec ferre Arraby nobile vermis opus,
 Non niueos onychas, non rubro è litore gemmas,
 Nec cincinnati mollia fila croci.
 Lappaque tribuliq; & fungi hac omnia: scitis
Quæ vos ferre velim munera? FERITE ANIMAS.

B. B. S. I.

IVLIVS CÆSAR STELLA

COLVMBEIDOS

LIB. II.

MITTET & ille viros, magnum quos nomen IESV,
 Audito quo terra tremit, tremit ardus aether,
 Et procul inferni turbant septem ostia regni,
 Insigni ornabit titulo: quibus aurea vita,
 Fumum & opes strepitumq; exosus IGNATIVS orbis,
 Et morum præcepta dabit, tuus inelyta ciuis
 Æternumque Navarra decus: hi morte superbi
 Pro superum cultu, pro Religionis honore,
 Exponent cruda fidentia pectora morti.

IOAN-

IOANNES MORETVS

LECTORI

χαίρειν.

Vo d in sylua cædua , altisque
densa stirpibus , lignatori acci-
dere identidem Theocritus
poëta cecinit , ut quò se vertat
animi pendens ignoret , incer-
tus quam potissimum arborem proceram se-
curi fieri ad terram affligat : idem mihi vnu-
uenire sentio , dum amicorum hortatu in tam
vasta atque frugifera excellentium SOCIETAT-
TIS IESV Scriptorum sylua INDICEM natio-
num variarum materiarumque concinnare
ea potissimum gratia studeo , ut qui posthac
aut bibliothecas optimorum librorum in-
struere volent , aut de superiore loco docen-
tis personam sustinebunt , aut denique sensa
mentis litterarum monumentis prodere ac
scribere ipsi de re aliqua posteritatis commo-
do cogitant , habeant ad manum Syllabum ,
ceu Ariadnē in Labyrintho filum , quo iisdem
ingressi vestigiis viam insistant : suppeditetq;
argumentum , quod ornare ipsi per se atque
amplificare honesta quadā æmulatione con-
tendant ,

tendant, ac vincere etiam (quid enim vetat!) gloriose conentur.

— αγαθὴν δὲ εὐεργέτιον.
palmam demum laudemque vigiliarum referant: abstineant modò à pestilenti ac virulenta æui nostri calumniandi ac maledicendi innoxiis petulantia, atq; audacia impudeti labores alienos lucubrationesque per nefas vellicandi. scilicet otiosi isti atque ignavi fuci, quantum de aliis cōuitiando detrahunt, tantum sibi arrogare audent. Quamobrem candidum Socij discendiæ cupidum, non superbiæ hydrope tumentem Lectorem efflagitant: qui si φιλομαθὴς fuerit, futurus idem sit breui καὶ πολυμαθὴς.

Hoc itaque argumentum dum bono publico tractare via ac ratione tento, ne scopæ dissolutæ appareant, primùm Nomenclatorem dabo *Cognominum*, quibus notior quisque, cum proprium non occurrit, plerumque esse solet. Hinc *Nationum variarum census* erit, apud quas floret hodie SOCIETAS, & in Dñi vinea, quam suffodere cuniculis callidæ vulpes moliuntur, nauiter aduigilat: ac veluti canes pro domo DEI latrantes, arcent, quoad eius fieri potest, à grege lupos. Mox ordine reliqua digerentur:

I.I. Qui in *vetus ac nouum Testamentum* scripsere.

IV.

- iv. Scholastici Theologi.
- v. De Theologia Morali seu Conscientiae casibus.
- vi. Homiliarum ac sacrarum Concionum scriptores.
- vii. Catechismi variis linguis. Exempla his accommodata.
- viii. Controversiarum Doctores. Hæretici à Societate confutati.
- ix. Ascetici, seu spirituales, ut vocantur, libri.
- x. De Eucharistia, & Misse sacrificio.
- xi. De vita & laudibus B. MARIE Virg.
- xii. De Sanctorum vitis, ac claror. Virorum.
- xiii. Precationes variorum.
- xiv. In Concilia & Synodos.
- xv. Historia illustrata, Ecclesiastica atque externa.
- xvi. Rerum Indicarum & Annuarum scriptores.
- xvii. Mathematici.
- xviii. E Græco sermone conuersa.
- xix. Illustrati scriptores cum sacri, tum profani.
- xx. Philosophica.
- xxi. Oratoria, & Orationes.
- xxii. Grammatici & Philologi.
- xxiii. Peregrinarum linguarū interpres
- xxiv. Societas à calumniis vindicata.

Habes



Habes ordinis mei rationem, laborisque suscepiti consilium : quæ si non displicuisse cognouero, erit profecto, cur hanc mihi Spartam à R. P. RIBADENEIRA creditam atque commissam augere indies satagam. Quare si omissa quorundam patria est, quia ignota hactenus; vel si quæ scripta foras data nos fuderunt; qui Auctori vel nobis per epistolam suggeret, næ ille benè de aliis, benè de se ipse merebitur : nec apud immemores positum sentiet officium. Accedent enim alteri editioni Curisque secundis, quas Euripides σοφωτέρες & fieri & esse debere ait. Crescit enim hic, quantum augutor, nostræ fidei creditus libellus, ut ingeniorum ac scribentium in Societate auctior seges existet. Quo in omnino desino, mi Lector, & sic voueo. Vale, & fruere.

INDEX

and H

